Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1210
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



tuam Si custodierint filii tui testamentum meum: et
testimonia mea hec que docebo eos Et filii eorum usq;
in seculum sedebunt super sedem tuam Quoniam elegit
dominus sion elegit eam in habitacionem sibi Hec requies mea
in seculum seculi: hic habitabo quoniam elegi eam Viduam eius
benedicens benedicam pauperes eius saturabo panibus
Sacerdotes eius induam salutari: et sancti eius exultacione
exultabunt Illuc producam cornu David paratum enim
christo meo Inimicos eius induam confusione: super ipsum autem
florebit sanctificatio mea Ecce omnis mansuetudo habitare
Ecce quam bonum et quam iocundum habitare fratres in unum
Sicut unguentum in capite qd descendit in barbam
barbam aaron Qd descendit in horam vestimenti eius:
sicut ros hermon qui descendit in montem sion Quoniam ibi
mandavit dominus benedicionem: et vitam usq; in seculum
Ecce nunc benedicite dominum omnes servi domini Qui statis in do
mo domini in atriis domus dei nostri In noctibus extollite
manus vestras in sancta: et benedicite dominum Benedicat te dominus ex sion
qui fecit celum et terram Ecce quam bonum et quam iocundum habitare fratres in unum Alleluia
Laudate nomen domini laudate puri dominum Qui statis in domo
domini in atriis domus dei nostri Laudate dominum quoniam bonus
dominus: psallite nomini eius quoniam suave est Quoniam iacob elegit
sibi dominus israel in possessionem sibi Quia ego cognovi quoniam magnus
est dominus et dominus noster prae omnibus deis Omnia quecumque voluit dominus fe
cit in celo et in terra in mari et omnibus abyssis Educens
nubes ab extremo terre fulgura in pluviam fecit
Qui producit ventos de thesauris suis: qui percussit primogenita egypti ab homine usq; ad pecus Emisit
signa et prodigia in medio tui egypte in pharaonem et in
omnes servos eius Qui percussit gentes multas: et occidit